



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramento Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

31. Quid sit de illorum, qui vnico breuißimo motu attingunt quinq[ue] organa sensuum, liniendo vnum oculum, vnam aurem, vnam manum, nares & os, & super hanc totam vunctionem vnica[m] breuißimam formam

...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO XXXI.

Quid sit de illorum, qui vniço breuiſſimo motu
attingunt quinque organa ſenſuum, liniendo v-
num oculum, vnam aurem, vnam manum, nares,
& os, & ſuper hanc totam vnciōnem vnicam
breuiſſimam formam proferendo, videlicet per ha-
ſacras vnciōnes remittat tibi Deus quicquid
per viſum, auditum, odoratum, gu-
ſtum vel tactum pec-
caſti?

Quæſtionis explicatio.

a Tom. 4 diſ-
put. 41 ſect. 3.
§. oppoſitam
ſententiam. **S**Vares (a) inuenit hunc modum mini-
ſtrandi pro caſu pestis, & aliis ſimilibus,
veluti præcedente probabiliorem, quia ut
apparet in hoc ſeruantur quinq; vnciōnes,
que ſecundum communem fere opinionē
Scholasticorū videntur de eſſentia huius
ſacramenti: Quæritur modò, quid de illo
cendendum?

Reſponſio.

VIdetur probandus tempore neceſſi-
tatis, & maxime tempore morbi con-
tagioſi; quia in eo ſeruantur omnia eſſen-
tialia, videlicet, vnciōnes quinq; ſenſuum,
que tenent locum materiæ & breuiſſime &
celerime perfici poſſunt, cū vnciōnes no-
habeant determinatam quantitatē: de-
inde forma, quæ æquiualeat, aliis quinque
partiis

partialibus, quia dum expresse nominatur
quinque sensus, reliqua omnia verba super
singulos aperte cadunt: Quod enim cætera
verba quinque quasi materialiter non re-
petantur, videtur parum aut nihil referre
ad substantiam sacramenti.

Dices; Ecclesia non consueuit uti hoc modo.

R. Hoc solum probare hunc modū non
esse usurpandum, nisi virgente necessitate,
quia consuetudo solum habet vim cuiusdā
legis, & ideo propter necessitatem licite ab
illa discedi potest, & probari, q̄ alias proba-
ri non deberet, (a) cum necessitas careat lege. ā e. scit. de
consec. dist. 1.

Dices 2. Hoc modo non subleuatur pa-
stores in casu pestis, periculum enim, quod
illis imminet, prouenit ex eo quod organa
inungenda non sint obvia, nec illa aptari
possint ad vunctionem sine periculo conta-
gionis.

R. Subleuari ex parte, quia formā tan-
tum semel profertur, quod breuiori mora
feri potest, quam si quinies proferenda es-
set: quod tamen parum proderit, si interim
mora trahenda est apud peste infestum, dū
organā sensim disponuntur ad vunctiones
quinque applicandas: Itaq; si mora protra-
hēda esset cum magno periculo, ne interim
ager sine sacramento decedat, posset tunc
quis

462 DE N E C E S : ET M O D : M I N I S T :
quis vti illuſtriss. Domini Octauii, & Mo-
lani forha, quam præcedente quæſtione
proposuimus, subintellecta ſaltem condi-
tione, per regulā aliquoties repetitam, quia
eo caſu, prästat ministrare sacramentum
dubium quam nullum.

Q V A E S T I O XXXII.

Quid sit de illorum, qui ad vitandam contagio-
nem inungunt fine oratione, dicendo tantum
hec duo verba, vngō te, & statim
abcedunt?

Quæſtionis explicatio.

Q Vibusdam Theologis viſum eſt, ora-
tionē nō eſſe de eſſentia formæ huius
ſacramenti: Iſtius opinionis fuerunt (a) Al-
bertus, (b) Richardus, (c) Paludanus, quoſ
ad 2.
b art. 1. q. 4. videtur ſequi (d) Nauarr. in Manuali. Quin
etiam (e) Durandus audet vocare in dubiū,
an forma deprecatiua ſit iuſſiciens: Occa-
ſione huius quæritur, an modus ministran-
di per verbum indicatiuum (vngō te) poſ-
poſita oratione poſſit tolerari?

Reſponſio.

NOn poſteſt tolerari, quia deficit in eſſen-
tialibus, ſiquidem forma ſecundū Cott-
cil. (f) Florentin. nec non viſum Romana-
& viuieralis ecclesiæ deber eſſe deprecati-
ua, & proferri per modū orationis, vt dicti
Concilia

s ſupr.